B. N. C.
FIRENZE
1015
12

FRANCISCI
CAESARIS AVGVSTI
MVNIFICENTIA.

1015. 12

A 1.1
1024

707
XIX
VIDAE
1604

MARCI HIERONYMI VIDÆ CREMON.

Scacchia Ludus.

A COSMO GRAZINO

Emendatus.

SVPERIORVM PERMISSV.



BIBLIOTECA NACIONAL 1372

FLORENTIÆ, Apud Cosmum Iuntam 1604.
Sumptibus Dominici Baldinocij.

Ego D. Marsilius Abbas, & doctor Theologus Ord. Cistercien. perlegi hunc Ludum Scacchia Hieronymi Vidæ, a Cosmo Grazino Ætrusca lingua Rhythmice donatum, in quo nihil est quod fidei Catholicæ repugnet, aut bonis moribus.

Marsilius qūi supra.

Concedimus licentiam vt hic præsens Scacchia Ludus imprimi possit Florentiæ cum consensu Admodum R. P. Inquisitoris Die 16. Maij. 1604.

Cosmus Antellensis Vic. Generalis Floren.

Frater Lelius Placent. Inquis. Florent.

Baccius Valorius Senator.

MARCI HIERONYMI VIDÆ CREMONENSIS SCACCHIA LVDVS.

A COSMO GRAZINO *emendatus.*

LVDIMVS effigiem belli, ſimulataq́ue veris
Prælia, buxo acies fictas, & ludicra regna,
Vt gemini inter ſe Reges, albusq́ue, nigerq́ue
Pro laude oppoſiti certent bicoloribus armis.
Dicite Seriades Nymphæ certamina tanta,
Carminibus prorſus vatum illibata priorum:
Nulla via eſt, tamen ire iuuat, quò me rapit ardor,
Inuiaq́; audaci propero tentare iuuenta;
Vos per inacceſſas rupes, & inhoſpita euntem
Saxa Deæ regite, ac ſecretum oſtendite callem:

Vos huius ludi in primis meminiſſe neceſſe eſt,
Vos primæ ſtudia hæc Italis monſtraſtis in oris,
Scacchidis egregiæ monimentum inſigne ſororis.
Iuppiter Aethyopum Sedes, & Memnonis arua
Iuerat, Oceani menſas dignatus amici,
Qui ſibi tum optatis iunxit Tellurem Hymenæis:
Affuit unà omnis ſuperùm Chorus, omnia feſto
Aequoris immenſi reſonabant littora plauſu:
Vt dapibus compreſſa fames, menſæque remotæ,
Quò ſuperùm mentes ludo mulceret inani,
Oceanus tabulam afferri iubet interpictam:
Sexaginta inſunt, & quattuor ordine Sedes,
Octono parte ex omni uia limite quadrat
Ordinibus paribus necnon forma omnibus vnâ
Sedibus, æquale & ſpatium, ſed non color vnus:
Alternant ſemper uariæ, ſubeuntque uiciſsim
Albentes nigris; teſtudo picta ſupernè,
Qualia deuexo geſtat diſcrimina tergo.
Tum ſuperis tacitè ſecum mirantibus inquit,
Marti aptam ſedem, ludicraque Caſtra uidetis:
Hoc campo aduerſas acies ſpectare licebit:
Oppoſitis ſignis belli ſimulacra ciere,
Quæ quondam ſub aquis gaudent ſpectacla tueri
Nereides, uaſtique omnis gens accola ponti. (ſcunt:
Siquando eſt placidũ Mare, et humida regna quie-
En verò ſimulata adſunt qui prælia ludant,

Sic

Sic ait, & versa in tabulam deprompsit ab vrna
Arte laboratam buxum, simulataq; nostris
Corpora, torno acies fictas, albasq;, nigrasq;;
Agmina bina pari numeroq;, & viribus æquis,
Bis niuea cum veste octo, totidemque nigranti;
Vt variæ facies, pariter sunt & sua cuique
Nomina, diuersum munus, non æqua potestas.
Illic & Reges paribus capita alta coronis,
Et Regum pariter nuptas in bella paratas
Cernere erat, sunt qui pedibus certamina inire
Sueti, sunt & equis qui malint, quiq; sagittis,
Nec deest, quæ ferat armatas in prælia turres,
Bellua, vtrinque Indos credas spectare Elephãtes;
Sic autem ambæ acies castris statuuntur vtrisque.
Linea principiò sublimes vltima Reges
Parte vtraque capit quartis in sedibus ambos
Tractu eodem aduersos inter se, sex tamen æquis
Sunt mediæ sedes spatijs hinc, inde relictæ:
Sede albus se se nigra tenet, ater in alba.
Proxima Reginas capit orbita, Regibus ambæ
Herent quæq; suo, dextrum latus altera, læuum
Altera (lege datas stationes) occupat; atrum
Atra tenet campum, spatio stat candida in albo,
Et proprium seruant prima statione colorem;
Inde sagittiferi iuuenes de gente nigranti
Stant gemini: totidem pariter candore niuali,

Nomen

Nomen Areiphilos Graÿ fecere vocantes,
Quod Marti ante alios cari, fera bella laceſſant;
Continuò hos, quibus et Rex, necnon Regia coniux
Clauduntur medÿ, duo dehinc vtrinque coruſci
Auratis equites ſagulis, criſtisque decori
Cornipedes, mandunt dum frena nitentia, cingunt;
Tum gemina uelut extremis in cornibus arces
Hinc, atq; hinc altis ſtant propugnacula muris,
Quas dorſo immanes geſtant in bella Elephanti.
Poſtremo ſubeunt octo hinc, atque inde ſecundis
Ordinibus pedites, caſtriſq; locantur utriſq;,
Armigeri partim Regis, partimq; miniſtra
Virginis armiſona, qua prima pericula belli,
Congreſſusq; ineant primos, pugnamq; laceſſant,
Non aliter campis legio ſe buxea vtrinque
Compoſuit duplici digeſtis ordine turmis,
Aduerſisque amba fulſere coloribus ala,
Quàm Gallorum acies, alpino frigore lactea
Corpora ſi tendant albis in pralia ſignis
Aurora populos contra, & Phaetonte peruſtos
Inſano AEthiopas, & nigri Memnonis alas.
Tum Pater Oceanus rurſus ſic ore locutus,
Cœlicola, qua nam acies, qua caſtra videtis;
Diſcite nunc (neq, enim ſunt hac ſine legibus arma)
Certandi leges, nequeant quas tendere contra.
Principiò alterni Reges in pralia mittunt

Quem

Quem pugnæ numero ex omni elegere ſuorum,
Si niger arma ferens primus proceſsit in æquor,
Continuò aduerſum ſemper ſe candidus offert;
Neq; plures licet ire ſimul, facto agmine, in hoſtem;
Propoſitum cunctis vnum, ſtudiũ omnibus vnum,
Obſeſſos Reges inimica claudere gentis,
Ne quò impunè queant fugere, atque inſtantia fata
Euitare; etenim capiunt ita prælia finem;
Haud tamen interea cuneis obſtantibus vltrò
Parcunt, ſed citius quò Regem ſternere letho
Deſertum eualeant, cadunt ferro obuia paſsim
Agmina, rareſcunt hic, illic funere ſemper
Vtraque caſtra nouo; magis, ac magis area belli
Picturata patet, caduntq;, caduntq; viciſsim;
Sed cœdentem opus eſt ſublati protinus hoſtis
Succeſsiſſe loco, & conatus vindicis ala
Suſtinuiſſe ſemel; mox ſi vitauerit ictum,
Inde referre licet ſe in tutum præpete planta;
At pedites prohibent leges certaminis vnos,
Cum ſemel exierint (facilis iactura) reuerti.
Bellantum iccirco, ſiquidem haud eſt omnibus unus,
Inceſsuſque idem, vos nunc attendite vires;
In primis pedites ipſi in certamina euntes
Vnam nempe queunt tantum tranſcurrere ſedem;
Inq; hoſtem tendunt aduerſi, & limite recto;
Congreſſu tamen in primo fas longius ire,

Et

Et duplicare gradus conceſſum; at cõminus, hoſtem
Cum feriunt ictum obliquant, & vulnera furtim
Intentant ſemper lateri, cauaq́; ilia cadunt.
Aſt aciem claudentes hinc, atque inde Elephanti,
Cum turres in bella gerunt, ac prælia miſcent,
Et dextra, lauaq; valent, & ante, retroque
Recta fronte gradi, campumque impune per omnem
Proruere, ac hoſtem quoq; ſic proſternere letho;
Obliquè tamen haud ipſis, procurrere fas eſt,
Hic etenim mos conceſſus pugnantibus arcu,
Dilectis Marti ante alios, nam ſemper vterq́;
Fertur in obliquum; ſpatijs migrantibus alter,
Alter cardenti ſemper ſe limite verſat,
Sicque hoſtem pariter feriunt, ſternuntq́; ſagittis,
Nec variare licet, quamuis fas ire per omnem
Hinc, atq; hinc cãpum; in cunctis, hoc excipe, namq́;
Arcitenens, ac ipſe elephas ſunt viribus æquis:
Inſultat ſonipes ferus, atque repugnat habenis,
Nunquam continuo ſtipata per agmina ductu
Procurrit, tantùm ſurſum ſeſe arduus effert,
Semper & in gyrum greſſus magno impete lunat
Curuatos, geminasq́; datur tranſcurrere ſedes:
Hinc nigra ſi ſede prius conſiſtat is, albam
Mox petere, & ſedis ſemper mutare colorem,
Lex iubet, ac certo ſemper ſe ſiſtere ſaltu,
Vtq; ille incedit, pariter ſic vulnerat hoſtem:

At

At Regina furens animis, pars optima belli,
Non solum obliquo, verùm quoq; tramite recto,
Ante retroq;, simul dextra, ac laua itq;, feritq;,
Arcitenentis enim, atq; Elephantis continet omnes
Virgo potens vires; lex tantùm insurgere saltu
Cornipedum de more vetat, quamuis alioquin,
Vt dixi, queat ire: modò ipsi ex agmine nullus
Hostiliuè, suouè aditus occludat eunti;
Cautius arma mouent gentis regnator vterque,
In quibus est omnis spes, ac fiducia belli;
Omnibus, incolumi Rege, stat cernere ferro,
Ast, ipso enecto, & pugnas, & castra relinquunt;
Cunctantẽ hunc omnes igitur venerantur, et ipsum,
(Occisus siquidem, aut captus secum omnia vertit)
Agmine circunstant denso, mediumq; tuentur;
Vtq; armis sæpe eripiant, sua corpora bello
Obiiciunt, mortemq; optant pro Rege paciſci.
Non illi studium feriendi, aut arma ciendi,
Se tegere est satis, atq; instantia fata cauere;
Haud tamẽ obtulerit se quisquã impunè propinquũ
Obuius, ex omni nam summum parte nocendi
Ius habet ille quidẽ, haud procurrere longius ausit:
At semel ominibus latis discedere ab Aula
Saltans nempè potest, aliamq; capessere sedem
Ordinis ipse sui; mox huic non amplius vno
Vt dixi, fas ire gradu, seu vulneret hostem,

Seu vim tela ferant nullam, atq; innoxius erret;
Hic mos certandi, hæc belli antiquissima iura.
Nunc aciem, inter se certantes, cernite vtranque;
Hic Pater Oceanus siluit, verba ista profatus.
At verò quoniam, quoties fera bella fatigant
Mortales, superi studijs diuersa fouentes,
Ipsi odijs etiam inter se bellantur iniquis,
Maximaq; interdum toto ardent prælia cœlo,
Iuppiter omnipotens solio Rex fatus ab alto,
Omnes abstinuisse iubet mortalibus armis,
Atque minis, nè quem foueant, perterret acerbis:
Tùm Phœbũ vocat intonsum, Atlantisq; nepotem,
Egregium furto, peperit quem candida Maia,
Insignes ambos facie, & florentibus annis;
Nondum Mercurius leuibus talaria plantis
Addiderat, nondum Titania lumina agebat
Per liquidum curru gemmato Phœbus Olympum,
Tantùm humeros pharetra insignis, et crinibus au-
Hos Pater aduersis solos decernere iussit (reis;
Inter se studijs, & ludicra bella fouere,
Ac partes tutari ambas, quas vellet vterque;
Nec non proposuit victori præmia digna.
Dij magni sedere, Deùm stat turba minorum
Circunfusa; cauent sed lege, et fœdere pacto,
Nè quisquam voce, aut nutu ludentibus ausit
Præuisos mostrare ictus; quem denique primum

Sors

Sors inferre aciem vocet, atque inuadere Martem
Quæsitum; inceſſusq́ prior Phœbo agminis albi
Ductori obtigit, vt quem vellet primus in hoſtem
Mitteret, id ſanè magni referre putabant:
Tum tacitus ſecum is verſat quem ducere contra
Conueniat, peditemq́; iubet procedere campum
In medium, qui Reginam dirimebat ab hoſte:
Ille gradus duplices ſuperat, cui tùm arbiter ater
Ipſe etiam aduerſum recto de gente nigranti
Tramite agit peditem, atq; iubet ſubſiſtere contra
Aduenientem hoſtẽ, paribusq́; occurrere in armis;
Stant ergo aduerſis inter ſe frontibus ambo
In medijs campi ſpatijs, ac mutua tentant (eſt
Vulnera necquicquã; his neq; enim vis vlla nocendi
Armigeris, tractu dum miſcent prælia eodem
Subſidio ſotij dextra, lævaque frequentes
Hinc, atq; hinc ſubeunt, latè et loca milite complent,
Alternantq́ vices; nec dum tamen horrida miſcent
Prælia, ſed placidus medijs Mars ludit in armis
Excurſusq́; breues tentant, tutiq́; tenent ſe:
Iamq́ pedes nigri Rectoris, qui prior hoſtem
Contraijt, obliquum læua clam ſtrinxerat enſem,
Atque album è medijs peditem citus abſtulit armis;
Ah miſer, inſtantem lateri non viderat hoſtem,
Ipſe etiam cadit, & pugnas in morte relinquit:
Tum cautus fuſca regnator gentis ab Aula

Subduxit media se, se penitusq; repostis
Castrorum latebris extrema in fauce recondit,
Et peditum cuneis stipantibus abditus hæsit.
Nec mora, surgit eques bellator læuus vtrinque,
Et medijs hinc, inde insultant cœdibus ambo,
Alterniq́ue ruunt, & spargunt fata per hostes:
Sternuntur pedites passim, miseranda iuuentus,
Quòd nequeant reuocare gradũ, sonat vngula cãpo
In medio, & totis miscentur funera castris;
Dum verò peditum intentus Latonius heros
Cœdibus instat atrox, equitemq; per agmina versat
Vastatorem aleæ piceæ, longè Arcada maior
Ardor agit tacitis iamdudum inuadere furtis
Magnũ aliquid, peditumq́; vltra sæpe obuia transit
Agmina, cornipedem ipse suũ in certamina ducens,
Qui, Regi insidias tẽdens, dũ huc vertitur, atq; huc,
Per mediosq; hostes impunè infrænis oberrat;
Constitit, optataq́ue diu statione potitus
Lethum intentabat pariter Regiq́ue, Elephantiq́ue,
Ala qui dextro cornu turritus in auras
Attollens caput, ingenti se mole tenebat:
Delius ingemuit monitus succurrere Regi
Inuaso (belli siquidem sic iura requirunt)
Namq; indefensum manifesta in morte Elephantẽ
Linquere se videt, atque ambos non posse periclo
Eripere, & fatis se vrgeri cernit iniquis;

Cura

Cura prior ſedenim eſt, trepidum defendere Regem,
Quem rapit in dextrum latus, at niger emicat enſe
Stricto eques, & magnis Elephantẽ intercipit auſis,
Dãnum ingens, neq; enĩ eſt ſœua poſt virginis arma
Bellantum numero ex omni magis vtilis alter;
Haud impunè feres tu eques, proclamat Apollo,
Et peditum cuneis, denſaque indagine cingit:
Ille igitur trepidare metu, certiq; pericli (Zon,
Fruſtra velle fugam; nam hinc fata minatur Ama
Inde obſtat conſerta phalanx, tandem altius acto
Virginis enſe cadit; pulchra ſolatia mortis.
AEſtuat alba cohors latere heu minus vtilis vno,
Et magis, atque magis furit acri accenſa dolore:
Sicut vbi dextrum taurus certamine cornu
Amiſit, dum ſe aduerſo fert pectore in hoſtem,
Sæuior in pugnas it rurſus ſanguine abundans,
Attollensq; caput mugit, fodit ac pede terram;
Talis erat facies cæſi poſt fata Elephantis
Candentis turmæ; hinc furijs maioribus ardet
Phœbus, & vltrices hortatur in arma cohortes,
In ferrum, & cedes pronus, cupidusq; nocendi
Ambas incautus perdit ſine lege phalangas;
Dumque hoſtes pariter cernat procumbere victos,
Ipſe ſuos Morti indefenſos proijcit vltro.
Mercurius melior furto cunctatur, & hærens
Vſque alium ex alio ſpectando præuidet ictum;

Sæpe

Sæpe ille ex longo meditatus fata superba
Reginæ, peditem perdendum comminus offert,
Dissimulatque dolos, mox pœnitet, & trahit alto
Improbus, errorem fingens, suspiria corde;
Arcitenensque suus iam è dextro spicula cornu
Bellonæ in latus albentis direxerat; hostis
Haud primùm id sensit, peditēq; trahebat in atram
Lauà aciem, rerũ ignarus; verùm improba cladem,
Et tantas Erycina venus miserata ruinas,
Incauto iuueni tacito clam protinus ore,
Atque oculis (Phœbo namforte aduersa sedebat)
Innuit; ad nutus Diuæ tremefactus Apollo
Constitit, atque oculis laté agmina circunspexit,
Et subitò insidias sensit, peditemq; subinde
Rettulit, vnde ipsum tulerat, cautusque periclo
Reginam eripuit, sed Maia Atlantide cretus
Littoreum Cauea consessum questibus implet,
Reginam captam ingeminans; fremit vndiq; turba
Cœlicolùm studijs varijs; hic se ergo tuetur
Phœbus, rem dubiam cernens, ac talia fatur;
Quæ porrò inuidia est, dextram, ludicra petenti
Præmia, corrigere incautam, in meliusq; referre?
Cum nec pacta vetent: quòd si Maia satus id vult
Omnino posthac prohiberi; lex statuatur,
Vt quisquis fuerit digitis contactus, in hostem,
Siue albus piceusuè fuat, discrimine nullo

Ille

Ille cat, incerti ſubeatq; pericula Martis:
Dixit, & hæc toto placuit ſententia circo
Cœlicolùm; at venerem obtutu clam verſus acerbo
Iuppiter increpuit, nec ſenſit filius Arcas:
Sed puer ingemuit labefactus corda dolore
Ingenti, vix ſe tenuit, quin ludicra caſtra,
Iniectisque acies manibus confunderet ambas;
Omnibus at poſthac furtis certare, doliſque
Decernit, fraudesque omnes immectere caſtris;
Iam tũ igitur iuuenem pharetratũ in prælia ducens
Cornipedis ſimulare gradus iubet, ocyus ille
Emicat, atque albæ Reginæ fata minatur:
Haud Phœbum latuere doli, ſubriſit, & inquit
Verſus ad aſtantes, eſt ſanè accommoda furtis
Mercurio dextra; at licet inſidÿsq;, doliſq;
Tu vafer inſudes, vigilesque; haud me tamen vltra
Fallere erit, iamq; improbe iniquam corrige dextrã,
Spectantum cunei ingenti riſere theatro;
Tunc Arcas, veluti deceptus imagine falſa,
Contra hoſtes mittit conceſſo in prælia greſſu
Arcitenentem ipſum; vigilat iam cautus Apòllo,
Fraudesque, inſidiasq; timens, occultaque furta:
Arcas enim perſæpe manu, dum ducit in hoſtes
Alternam buxum, ius contra, & fœdera pacta
Implicitans celeres digitos, duo corpora bello
Obÿciat ſimul, obſeruet niſi prouidus hoſtis

Iamq;

Iamq; iter obseruans equitis cani, eminus arcum
Intendit niger arcitenens, ac vndique tutus
Illas ille capit sedes, equitem vnde ferocem
Regina iugulo intentum arcet; dexter oberrat
Tum vero sonipes, niueisque exultat in armis;
Hæserat in medio; Dominæ, Regique minatus
Albus eques, ratus impunè, & iam sorte superbus
Nequicquam spoliorum animum pascebat amore:
Non tulit hunc fastum iuuenis pharetratus, et arcu
Contendit calamum, seseque immittit in hostem,
Fata licet pedes intentet, succurrit in armis
Pulchrũ quippe mori; aluo tùm media hæsit arundo
Stridula, & ima chalybs descendit in ilia adactus;
Voluitur ille excussus humi, mox calcibus auras
Verberat, in ventos vita indignata recessit:
Inde sagittiferum sternit pedes, hunc pedes alter
Hostili de plebe necat, pugna aspera surgit;
Turribus occurrunt ingenti mole Elephanti,
Sœua pharetrigeri contendunt spicula cornu,
Quadrupedumq; gemit bicolor sub verbere campus.
Incaluere animi parte ex vtraque, feroces
Decertant omnes, commixtus equesque, pedesque,
Confusaque acies magno certamine totis
Densantur campis: virtus, fortunaq; in vnum
Conueniunt, hi nunc victores agmina versa
AEquore agunt toto, versis referuntur habenis

Nunc

Nunc ijdem, variantq; vices, & fluctuat omnis
Arca bellantum; vasti velut æquoris vnda
Si quando inter se, recluso carcere, sæua
Bella cient animosi Euri; vertuntque profundum
Ionio in magno, aut vndisono Atlanteo,
Alternos volunt procurua ad littora fluctus.
Iam medias acies inter crudescit Amazon
Candida, plena animis, multisq; in millibus ardet;
Namq; sagittiferũ incursans, rediensq; Elephantẽ
Nigrantes sternit; dextra, læuaq; per alas
Fulminat, atque manu spargens hastilia sæuit.
Bellanti dant tela locum, retroq; residunt
Hinc, atq; hinc inimica acies, per tela, per hostes
Illa ruit pulchram in mortem, simul vltima tentat
Castra, fugæ fidens, animosq; in bella viriles.
Sæua gerit, penetrat cuneos, aperit viam vi;
Tandem fusca cohors, nigrantisque arbiter alæ,
Ipsa etiam arma sua trepidus viresq;, animosq;
Virginis implorat; nulla est mora, feruida Amazon
Emicat, atque ardens paribus se sistit in armis:
Quẽ primũ hasta, aut quẽ postremum, bellica virgo,
Demetis, aut quot humi cadentia corpora linquis?
Semanimes tu sternis equos, nec non elephantes,
Et peditum cuneos, delectaq; pectora Marti,
Aligera iuuenes ineuntes bella sagitta:
Quis cladem fando illius, quis funera pugnæ

Proſtratosque Duces ſperet ſe æquare canendo?
Sternitur omne ſolum buxo, atque miſerrima cædes
Exoritur; dum ſe inuadunt, feriuntque vicißim,
Implicitæque ruunt albæ, nigræque phalanges;
Occumbunt pedites, ſterniuntur quadrupedantes,
Atque Pharetrigeri cæduntur, mutua nec non
Contra ſe iactant tela & nigra, & alba virago,
Vſque adeo certæ non cedere, donec in auras
Aut hæc, aut illa effundat cum ſanguine multo
Sauam animam, ſola liquentes prælia morte.
Amborum interea populorum Rector vterq;
Captiuos hoſtes, & victa cadauera bello
Carcere ſeruabant iuxta caſtra ipſa, cauentes,
Ne capti ſemel, aut obita iam morte iacentes
In vitam reuocati, iterum certamina inirent;
At lateri innixus Phœbeo Thraicius Mars,
Iunctus amicitia puero Arcadi, ſi quid amico
Fata ſinant prodeſſe, animum per cuncta volutat,
Obſeruatque omnes caſus, duo corpora donec
Nempe pharetratum iuuenem, peditemq; nigrantes
Cœtibus è functis iam vita, atque æthere caſsis
Surripit, & caſtris iterum clàm immittit apertis:
Rurſum igitur gemini captiui prælia ineibant,
Miſcebantq; manus animoſi, atque arma ferebant:
Haud ſecus (vt perhibẽt) cũ Colchis nacta cadauer,
Aut virgo Maſſilla recens, cantuque trifermem

Sæpe

Sape ciens Hecaten, ac magni numina Ditis,
Falsam animam insinuat mẽbris, aurasq; loquaces,
Continuò erigitur corpus, loquiturq;, videtq;,
Et viuos inter fruitur cœlestibus auris:
Non tulit indignum facinus, Iunonia proles,
Mulciber (ille dolum solus deprendit) & ore
Inclamat, Phœbumq; monet; Trax palluit heros
Deprensus, magna in Thracem tum Cynthius ira
Excandet; prius at pueros simul altercantes
Ipse Pater sedat, Martiq; minatus, iniqua
Præsidia abduci, atque indebita corpora bello
Mox iubet è castris, omnesque retexere falsos
Hinc, atque inde ictus, & cuncta in pristina reddit
Iam furijs Reges ambo maioribus ardent,
Reginasque feras confusa per agmina mittunt;
Cœde madent illæ, toto æquore fata ferentes,
Consistunt tandem obuersæ, Regemque tuentur
Quaq; suum; ecce autem bellatrix agminis albi
A tergo ferro inuasit, strauitq; nigrantem
Ignaram; verùm ipsa etiam cadit icta sagitta,
Ah misera, & spolijs haud longùm exultat opimis;
Conuertunt oculos amba hinc, atque inde cohortes
Ad cædes, & magna trahunt suspiria corde,
Dum vitæ functas Reginas munere cernunt,
Non etenim clades clade hac ingentior extat.
Tùm circum Reges ipsa ad Prætoria mœstos

Nomen Areiphilos Graïj fecere vocantes,
Quod Marti ante alios cari, fera bella laceſſant;
Continuò hos, quibus et Rex, necnon Regia coniux
Clauduntur mediÿ, duo dehinc vtrinque coruſci
Auratis equites ſagulis, criſtisque decori
Cornipedes, mandunt dum frena nitentia, cingunt;
Tum gemina uelut extremis in cornibus arces
Hinc, atq; hinc altis ſtant propugnacula muris,
Quas dorſo immanes geſtant in bella Elephanti.
Poſtremo ſubeunt octo hinc, atque inde ſecundis
Ordinibus pedites, caſtriſq; locantur utriſq;,
Armigeri partim Regis, partimq; miniſtra
Virginis armiſona, qua prima pericula belli,
Congreſſusq; incant primos, pugnamq; laceſſant,
Non aliter campis legio ſe buxea vtrinque
Compoſuit duplici digeſtis ordine turmis,
Aduerſisque amba fulſere coloribus ala,
Quàm Gallorum acies, alpino frigore lactea
Corpora ſi tendant albis in prælia ſignis
Auroræ populos contra, & Phaetonte peruſtos
Inſano AEthiopas, & nigri Memnonis alas.
Tum Pater Oceanus rurſus ſic ore locutus,
Cœlicolæ, quæ nam acies, quæ caſtra videtis;
Diſcite nunc (neq, enim ſunt hæc ſine legibus arma)
Certandi leges, nequeant quas tendere contra.
Principiò alterni Reges in prælia mittunt

Quem

Quem pugnæ numero ex omni elegere suorum,
Si niger arma ferens primus processit in æquor,
Continuò aduersum semper se candidus offert;
Nec plures licet ire simul, facto agmine, in hostem;
Propositum cunctis vnum, studiũ omnibus vnum,
Obsessos Reges inimicæ claudere gentis,
Ne quò impunè queant fugere, atque instantia fata
Euitare; etenim capiunt ita prælia finem;
Haud tamen interea cuneis obstantibus vltrò
Parcunt, sed citius quò Regem sternere letho
Desertum ualeant, cadunt ferro obuia passim
Agmina, rarescunt hic, illic funere semper
Vtraque castra nouo; magis, ac magis area belli
Picturata patet, caduntq;, caduntq; vicissim;
Sed cœdentem opus est sublati protinus hostis
Successisse loco, & conatus vindicis ala
Sustinuisse semel; mox si vitauerit ictum,
Inde referre licet se in tutum præpete planta;
At pedites prohibent leges certaminis vnos,
Cum semel exierint (facilis iactura) reuerti.
Bellantum iccirco, siquidem haud est omnibus unus,
Incessusque idem, vos nunc attendite vires;
In primis pedites ipsi in certamina euntes
Vnam nempe queunt tantum transcurrere sedem;
Inq; hostem tendunt aduersi, & limite recto;
Congressu tamen in primo fas longius ire,

Et

Et duplicare gradus conceſſum; at cõminus, hoſtem
Cum feriunt ictum obliquant, & vulnera furtim
Intentant ſemper lateri, cauaq́; ilia cædunt.
Aſt aciem claudentes hinc, atque inde Elephanti,
Cum turres in bella gerunt, ac prælia miſcent,
Et dextra, lauaq; valent, & ante, retroq́ue
Recta fronte gradi, campumq́ue impune per omnem
Proruere, ac hoſtem quoq; ſic proſternere letho;
Obliquè tamen haud ipſis, procurrere fas eſt,
Hic etenim mos conceſſus pugnantibus arcu,
Dilectis Marti ante alios, nam ſemper vterq́;
Fertur in obliquum; ſpatijs nigrantibus alter,
Alter candenti ſemper ſe limite verſat,
Sicq́ue hoſtem pariter feriunt, ſternuntq́; ſagittis,
Nec variare licet, quamuis fas ire per omnem
Hinc, atq; hinc cãpum; in cunctis, hoc excipe, namq́;
Arcitenens, ac ipſe elephas ſunt viribus æquis:
Inſultat ſonipes ferus, atque repugnat habenis,
Nunquam continuo ſtipata per agmina ductu
Procurrit, tantùm ſurſum ſeſe arduus effert,
Semper & in gyrum greſſus magno impete lunat
Curuatos, geminasq́; datur tranſcurrere ſedes:
Hinc nigra ſi ſede prius conſiſtat is, albam
Mox petere, & ſedis ſemper mutare colorem,
Lex iubet, ac certo ſemper ſe ſiſtere ſaltu,
Vtq; ille incedit, pariter ſic vulnerat hoſtem:

At

At Regina furens animis, pars optima belli,
Non solum obliquo, verùm quoq; tramite recto,
Ante retroq;, simul dextra, ac laua itq;, feritq;,
Arcitenentis enim, atq; Elephantis continet omnes
Virgo potens vires; lex tantùm insurgere saltu
Cornipedum de more vetat, quamuis alioquin,
Vt dixi, queat ire: modò ipsi ex agmine nullus
Hostiliuè, suouè aditus occludat eunti;
Cautius arma mouent gentis regnator vterque,
In quibus est omnis spes, ac fiducia belli;
Omnibus, incolumi Rege, stat cernere ferro,
Ast, ipso enecto, & pugnas, & castra relinquunt;
Cunctantẽ hunc omnes igitur venerantur, et ipsum,
(Occisus siquidem, aut captus secum omnia vertit)
Agmine circunstant denso, mediumq; tuentur;
Vtq; armis sæpe eripiant, sua corpora bello
Obïciunt, mortemq; optant pro Rege paciſci.
Non illi studium feriendi, aut arma ciendi,
Se tegere est satis, atq; instantia fata cauere;
Haud tamẽ obtulerit se quisquã impunè propinquũ
Obuius, ex omni nam summum parte nocendi
Ius habet ille quidẽ, haud procurrere longius ausit:
At semel ominibus latis discedere ab Aula
Saltans nempè potest, aliamq; capessere sedem
Ordinis ipse sui; mox huic non amplius vno
Vt dixi, fas ire gradu, seu vulneret hostem,

Seu vim tela ferant nullam, atq; innoxius erret;
Hic mos certandi, hæc belli antiquissima iura,
Nunc aciem, inter se certantes, cernite vtranque;
Hic Pater Oceanus siluit, verba ista profatus.
At verò quoniam, quoties fera bella fatigant
Mortales, superi studijs diuersa fouentes,
Ipsi odijs etiam inter se bellantur iniquis,
Maximaq; interdum toto ardent prælia cœlo,
Iuppiter omnipotens solio Rex fatus ab alto,
Omnes abstinuisse iubet mortalibus armis,
Atque minis, nè quem foueant, perterret acerbis:
Tùm Phœbũ vocat intonsum, Atlantisq; nepotem,
Egregium furto, peperit quem candida Maia,
Insignes ambos facie, & florentibus annis;
Nondum Mercurius leuibus talaria plantis
Addiderat, nondum Titania lumina agebat
Per liquidum curru gemmato Phœbus Olympum,
Tantùm humeros pharetra insignis, et crinibus au-
Hos Pater aduersis solos decernere iussit (reis;
Inter se studijs, & ludicra bella fouere,
Ac partes tutari ambas, quas vellet vterque;
Nec non proposuit victori præmia digna.
Dij magni sedere, Deùm stat turba minorum
Circunfusa; cauent sed lege, et fœdere pacto,
Nè quisquam voce, aut nutu ludentibus ausit
Præuisos mostrare ictus; quem denique primum

Sors

Sors inferre aciem vocet, atque inuadere Martem
Quæsitum; inceſſusq; prior Phœbo agminis albi
Ductori obtigit, vt quem vellet primus in hoſtem
Mitteret, id ſanè magni referre putabant:
Tum tacitus ſecum is verſat quem ducere contra
Conueniat, peditemq; iubet procedere campum
In medium, qui Reginam dirimebat ab hoſte:
Ille gradus duplices ſuperat, cui tùm arbiter ater
Ipſe etiam aduerſum recto de gente nigranti
Tramite agit peditem, atq; iubet ſubſiſtere contra
Aduenientem hoſtẽ, paribusq; occurrere in armis;
Stant ergo aduerſis inter ſe frontibus ambo
In mediis campi ſpatijs, ac mutua tentant (eſt
Vulnera necquicquã; his neq; enim vis vlla nocendi
Armigeris, tractu dum miſcent prælia eodem
Subſidio ſotij dextra, læuaque frequentes
Hinc, atq; hinc ſubeunt, latè et loca milite complent,
Alternantq; vices; nec dum tamen horrida miſcent
Prælia, ſed placidus mediis Mars ludit in armis
Excurſusq; breues tentant, tutiq; tenent ſe:
Iamq; pedes nigri Rectoris, qui prior hoſtem
Contraijt, obliquum læua clam ſtrinxerat enſem,
Atque album è mediis peditem citus abſtulit armis;
Ah miſer, inſtantem lateri non viderat hoſtem,
Ipſe etiam cadit, & pugnas in morte relinquit:
Tum cautus fuſca regnator gentis ab Aula

Subduxit media se, se penitusq; repostis
Castrorum latebris extrema in fauce recondit,
Et peditum cuneis stipantibus abditus hæsit.
Nec mora, surgit eques bellator læuus vtrinque,
Et mediis hinc, inde insultant cædibus ambo,
Alterniq́ue ruunt, & spargunt fata per hostes:
Sternuntur pedites passim, miseranda iuuentus,
Quòd nequeant reuocare gradũ, sonat vngula cãpo
In medio, & totis miscentur funera castris;
Dum verò peditum intentus Latonius heros
Cædibus instat atrox, equitemq; per agmina versat
Vastatorem aleæ piceæ, longè Arcada maior
Ardor agit tacitis iamdudum inuadere furtis
Magnũ aliquid, peditumq; vltra sæpe obuia transit
Agmina, cornipedem ipse suũ in certamina ducens,
Qui, Regi insidias tẽdens, dũ huc vertitur, atq; huc,
Per mediosq; hostes impunè infrænis oberrat;
Constitit, optataq́ue diu statione potitus
Lethum intentabat pariter Regiq́ue, Elephantiq́ue,
Ala qui dextro cornu turritus in auras
Attollens caput, ingenti se mole tenebat:
Delius ingemuit monitus succurrere Regi
Inuaso (belli siquidem sic iura requirunt)
Namq; indefensum manifesta in morte Elephantẽ
Linquere se videt, atque ambos non posse periclo
Eripere, & fatis se vrgeri cernit iniquis;

Cura

Cura prior ſedenim eſt, trepidum defendere Regem,
Quem rapit in dextrum latus, at niger emicat enſe
Stricto eques, & magnis Elephantẽ intercipit auſis,
Dãnum ingens, neq; enĩ eſt ſœua poſt virginis arma
Bellantum numero ex omni magis vtilis alter;
Haud impunè feres tu eques, proclamat Apollo,
Et peditum cuneis, denſaque indagine cingit:
Ille igitur trepidare metu, certiq; pericli (Zon,
Fruſtra velle fugam; nam hinc fata minatur Ama
Inde obſtat conſerta phalanx, tandem altius acto
Virginis enſe cadit; pulchra ſolatia mortis.
AEſtuat alba cohors latere heu minus vtilis vno,
Et magis, atque magis furit acri accenſa dolore:
Sicut vbi dextrum taurus certamine cornu
Amiſit, dum ſe aduerſo fert pectore in hoſtem,
Sæuior in pugnas it rurſus ſanguine abundans,
Attollensq; caput mugit, fodit ac pede terram;
Talis erat facies caſi poſt fata Elephantis
Candentis turmæ; hinc furijs maioribus ardet
Phœbus, & vltrices hortatur in arma cohortes,
In ferrum, & cedes pronus, cupidusq; nocendi
Ambas incautus perdit ſine lege phalangas;
Dumque hoſtes pariter cernat procumbere victos,
Ipſe ſuos Morti indefenſos proijcit vltro.
Mercurius melior furto cunctatur, & hærens
Vſque alium ex alio ſpectando præuidet ictum;

Sæpe

Sæpe ille ex longo meditatus fata ſuperbæ
Reginæ, peditem perdendum comminus offert,
Diſſimulatq́ue dolos, mox pœnitet, & trahit alto
Improbus, errorem fingens, ſuſpiria corde;
Arcitenensq́ue ſuus iam è dextro ſpicula cornu
Bellona in latus albentis direxerat; hoſtis
Haud primùm id ſenſit, peditẽq́; trahebat in atram
Lauà aciem, rerũ ignarus; verum improba cladem,
Et tantas Erycina venus miſerata ruinas,
Incauto iuueni tacito clam protinus ore,
Atque oculis (Phœbo nam forte aduerſa ſedebat)
Innuit; ad nutus Diuæ tremefactus Apollo
Conſtitit, atque oculis laté agmina circunſpexit,
Et ſubitò inſidias ſenſit, peditemq́; ſubinde
Rettulit, vnde ipſum tulerat, cautusq́ue periclo
Reginam eripuit, ſed Maia Atlantide cretus
Littoreum Cauea conſeſſum queſtubus implet,
Reginam captam ingeminans; fremit vndiq́; turba
Cœlicolùm ſtudijs varijs; hic ſe ergo tuetur
Phœbus, rem dubiam cernens, ac talia fatur;
Quæ porrò inuidia eſt, dextram, ludicra petenti
Præmia, corrigere incautam, in meliusq́; referre?
Cum nec pacta vetent: quòd ſi Maia ſatus id vult
Omnino poſthac prohiberi; lex ſtatuatur,
Vt quiſquis fuerit digitis contactus, in hoſtem,
Siue albus piceusuè fuat, diſcrimine nullo

Ille

Ille cat, incerti ſubeatq; pericula Martis:
Dixit, & hæc toto placuit ſententia circo
Cœlicolùm; at venerem obtutu clam verſus acerbo
Iuppiter increpuit, nec ſenſit filius Arcas:
Sed puer ingemuit labefactus corda dolore
Ingenti, vix ſe tenuit, quin ludicra caſtra,
Iniectisque acies manibus confunderet ambas;
Omnibus at poſthac furtis certare, doliſque
Decernit, fraudesque omnes innectere caſtris;
Iam tũ igitur iuuenem pharetratũ in prælia ducens
Cornipedis ſimulare gradus iubet, ocyus ille
Emicat, atque albæ Reginæ fata minatur:
Haud Phœbum latuere doli, ſubriſit, & inquit
Verſus ad aſtantes, eſt ſanè accommoda furtis
Mercurio dextra; at licet inſidÿsq;, doliſq;
Tu vafer inſudes, vigilesque; haud me tamen vltra
Fallere erit, iamq; improbe iniquam corrige dextrã,
Spectantum cunei ingenti riſere theatro;
Tunc Arcas, veluti deceptus imagine falſa,
Contra hoſtes mittit conceſſo in prælia greſſu
Arcitenentem ipſum; vigilat iam cautus Apòllo,
Fraudesque, inſidiasq; timens, occultaque furta:
Arcas enim perſæpe manu, dum ducit in hoſtes
Alternam buxum, ius contra, & fœdera pacta
Implicitans celeres digitos, duo corpora bello
Obÿciat ſimul, obſeruet niſi prouidus hoſtis

Iamq;

Iamq; iter obseruans equitis cani, eminus arcum
Intendit niger arcitenens, ac vndique tutus
Illas ille capit sedes, equitem vnde ferocem
Reginæ iugulo intentum arcet; dexter oberrat
Tùm vero sonipes, niueisque exultat in armis;
Hæserat in medio, Dominæ, Regique minatus
Albus eques, ratus impunè, & iam forte superbus
Nequicquam spoliorum animum pascebat amore:
Non tulit hunc fastum iuuenis pharetratus, et arcu
Contendit calamum, seseque immittit in hostem,
Fata licet pedes intentet, succurrit in armis
Pulchrũ quippe mori; aluo tùm media hæsit arundo
Stridula, & ima chalybs descendit in ilia adactus;
Voluitur ille excussus humi, mox calcibus auras
Verberat, in ventos vita indignata recessit:
Inde sagittiferum sternit pedes, hunc pedes alter
Hostili de plebe necat, pugna aspera surgit;
Turribus occurrunt ingenti mole Elephanti,
Sæua pharetrigeri contendunt spicula cornu,
Quadrupedumq; gemit bicolor sub verbere campus.
Incaluere animi parte ex vtraque, feroces
Decertant omnes, commixtus equesque, pedesque,
Confusaque acies magno certamine totis
Densantur campis: virtus, fortunaq; in vnum
Conueniunt, hi nunc victores agmina versa
AEquore agunt toto, versis referuntur habenis

Nunc

Nunc ijdem, variantq́, vices, & fluctuat omnis
Arca bellantium; vasti velut æquoris vndæ
Si quando inter se, recluso carcere, sæua
Bella cient animosi Euri, vertuntque profundum
Ionio in magno, aut vndisono Atlanteo,
Alternos volunt procurua ad littora fluctus.
Iam medias acies inter crudescit Amazon
Candida, plena animis, multisq́; in millibus ardet;
Namq́; sagittiferũ incursans, rediensq́; Elephantẽ
Nigrantes sternit; dextra, læuaq́; per alas
Fulminat, atque manu spargens hastilia sæuit.
Bellanti dant tela locum, retroq; residunt
Hinc, atq; hinc inimicæ acies, per tela, per hostes
Illa ruit pulchram in mortem, simul vltima tentat
Castra, fugæ fidens, animosq; in bella viriles
Sæua gerit, penetrat cuneos, aperit viam vi;
Tandem fusca cohors, nigrantisque arbiter alæ,
Ipsa etiam arma suæ trepidus viresq;, animosq;
Virginis implorat; nulla est mora, feruida Amazon
Emicat, atque ardens paribus se sistit in armis:
Quẽ primũ hasta, aut quẽ postremum, bellica virgo,
Demetis, aut quot humi candentia corpora linquis?
Semanimes tu sternis equos, nec non elephantes,
Et peditum cuneos, dilectaq; pectora Marti,
Aligera iuuenes ineuntes bella sagitta:
Quis cladem fando illius, quis funera pugnæ

Sæpe ciens Hecaten, ac magni numina Ditis,
Falsam animam insinuat mẽbris, aurasq́ loquaces,
Continuò erigitur corpus, loquiturq́, videtq́,
Et viuos inter fruitur cœlestibus auris:
Non tulit indignum facinus, Iunonia proles,
Mulciber (ille dolum solus deprendit) & ore
Inclamat, Phabumq; monet; Trax palluit heros
Deprensus, magna in Thracem tum Cynthius ira
Excandet; prius at pueros simul altercantes
Ipse Pater sedat, Martiq́ minatus, iniqua
Præsidia abduci, atque indebita corpora bello
Mox iubet è castris, omnesque retexere falsos
Hinc, atque inde ictus, & cuncta in pristina reddit:
Iam furijs Reges ambo maioribus ardent,
Reginasque feras confusa per agmina mittunt;
Cœde madent illæ, toto æquore fata ferentes,
Consistunt tandem obuersæ, Regemque tuentur
Quaq; suum; ecce autem bellatrix agminis albi
A tergo ferro inuasit, strauitq; nigrantem
Ignaram; verùm ipsa etiam cadit icta sagitta,
Ah misera, & spolijs haud longùm exultat opimis;
Conuertunt oculos amba hinc, atque inde cohortes
Ad cædes, & magna trahunt suspiria corde,
Dum vitæ functas Reginas munere cernunt,
Non etenim clades clade hac ingentior extat.
Tùm circum Reges ipsa ad Prætoria mœstos

Agglomerant ſeſe cuncti, timor omnibus idem
Incumbit, par tempeſtas, par hauſit vtrosq;
Diluuium populos, & ſunt ſua funera cuiq;.
Haud prorſus tamen ambobus defecerat omne
Robur, opes reſtant, & adhuc intacta iuuentus;
Tres pedites tibi Phœbe, ſagittifer alter, & ingens
Bellua turrito dorſo; totidemq; tibi Arcas,
Excepto ipſo Elephante, alta qui nuper in Aula
Pace fruens cecidit, poſitis inglorius armis,
Eminus aligera percuſſus arundine pectus:
At dexter tibi eques ſupereſt imperditus; hauſit
Cætera bellantum Mars agmina ſæuus vtrinq;.
Verùm ſpes iuueni Cyllenæo occidit omnis,
AEſtuat amiſſæ gentis memor, & ſuſpirat,
Crudeli conſumpta videns tot corpora fato;
Non tamen excedit pugna, fracta agmina bello,
Reliquias tenues immitis Apollinis æſtu
Cautior in pugnam mittit; poſt funera tanta
Si qua fata ſinant gentis ſarcire ruinas:
It nigrum campis agmen, ſtat vbiq; morari,
Fortunamq; omnem tentare, aditusq; accendi.
Præſidio at fretus maiori, prælia Phœbus
Miſcet plus audax; ſpecies miſeranda cohortum,
Atq; Ducum eſt vtrinq; tamen, raro agmine aperta
Caſtra patent latè, viduatæ & milite ſedes.
Mœrebant vacuis thalamis Regnator vterque

Iam-

Iamdudum exosi sine coniuge tædia lecti
Primus amor maneat quanuis immotus vtrisque,
Sors tamen ad noua coniugia, atq; nouos hymenæos
Flectit iniqua; iccirco Rex prior agminis albi
Reginæ comites olim, fidasque ministras
Regali inuitat thalamo, quæ, si irrita bello
Tela præstantis Dominæ post funera acerba
Iactarent acies inter, cuneosque nigrantes,
Fundere prorsus erant animas pro Rege paratæ;
Verùm Rex ipse in primis spectore viriles
Vult cunctarum animos, intret quò digna cubile:
Ergo per hostiles sedes, atque vltima castra
Mittit, & hortatur supremam apprendere metam;
